

## Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &  
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ  
Christianæ In Usus Institutionis ...**

**Hottinger, Johann Heinrich**

**Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.**

**VD18 12542598**

Caput XV. De Legibus Fidem Et Mores Spectantibus Sub Oeconomia Mosaica.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha53-1-216057

Dein ex illustri vaticinio Jer. XXXI, 31--35. Insuper ex Hebr. c. VIII, 6--f. Tandem ex facto. Quando enim Deus Dispensationem hanc morte Christi *jure* sublatam ministerio Apostolorum sufficienter docuerat, neque institutioni plures credere volebant, Templum terramque Canaan, in quibus sedes, perdidit ac perpetuo anathemate percussit.



## CAPUT XV.

De

# LEGIBUS FIDEM ET MORES SPECTAN- TIBUS SUB OECONOMIA MOSAICA.

Eduardus.

**E**X variis generis Legibus per Mo-  
sen latis, et spectan-  
de hoc capite ve-  
niunt, quæ fidem &  
mores continent. §.  
I. II. III. IV.

Quæ fidem spectant,  
præcipue tantum  
ut in compendio si-

stuntur, veluti quod  
Deus sit, isque unus  
essentiâ, pluralis  
personis, spiritualis  
naturæ, fons om-  
nium bonorum, gra-  
tiosus, sanctus, ju-  
stus, qui Prophe-  
tam M. missurus. §.  
V.

Sed

*Sed morales prolixè  
deducuntur, qua-  
rum primò ostendi-  
tur diſconvenientia  
à Legibus Ceremo-  
nialibus & Forenſi-  
bus. §. VI.*

*Tum traditur ratio,  
quare, quamvis na-  
turà notæ ſint, eas  
chartis manſuris  
committi voluerit  
Deus. §. VII.*

*Postea indicatur, eas  
tum in Decalogo,  
tum etiam in reli-  
quis V. Teſtamenti  
libris memorari. §.  
VIII.*

*Decalogus conſtat ex  
X. præceptis, quo-  
rum IV. priora of-  
ficia erga Deum,  
VI. poſteriora offi-  
cia erga proximum  
præſcribunt. §. IX.  
Ejus leges quasvis a-  
lias in quatuor par-  
tibus ſuperant. §. X.  
Oſto dantur regulæ*

*Decalogum clarè in-  
telligendi. §. XI.*

*Proemium continet  
cultus & objectum  
& rationem. §. XII.*

*Ordine nunc recensen-  
tur decem præce-  
pta, quorum pri-  
mum reliquis rectè  
præmitti, rationi-  
bus probatur. XIII.*

*Oſtenditurque, præci-  
pere ſufficientem a-  
gnitionem omnem-  
que cultum Dei. §.  
XIV.*

*Præcepti fundamen-  
tum eſt partim per-  
fectio divina, par-  
tim natura hominis  
§. XV.*

*Præcepto ſecundo ve-  
tatur falſus Deum  
colendi modus. §.  
XVI.*

*Qualis tum inter gen-  
tes obtinebat. XVII.*

*Simul vetabatur om-  
nis alius poſteriori  
tempore ortus ima-  
ginum*

ginum sive veri  
Dei sive creatura-  
rum in cultu reli-  
gioso usus. §. XVIII.

Objectio solvitur. XIX.  
Præscribitur verò ve-  
rus spiritualis Deum  
colendi modus. XX.

Præcepti tertii ne-  
xu cum antece-  
dentibus indicato.  
§. XXI.

Explicatur, tum quid  
intelligatur NOMI-  
NE JEHOVA,  
scil. omne id, quò  
Deus nobis innotē-  
scit. Tum quomodo  
illud in vanum su-  
matur. §. XXII.

Modi notabiliores sub-  
jiciuntur. §. XXIII.

Mandatur vi oppositi  
sanctificatio Nomi-  
nis Divini, quæ  
mente, gestibus, ser-  
mone, opere peragi-  
tur. §. XXIV.

Ad Sanctificationem  
hoc præcepto man-

datam refertur ju-  
ramentum, cujus  
natura describitur.  
§. XXV.

Ostenditurque quòd  
licitum sit sub omni  
tempore. §. XXVI.

Putat si ritè dicitur.

tum verò rectè dici-  
tur, si juramentum  
non nisi in nomine  
Dei præstatur: Si  
dein causa juramen-  
ti est: Si præterea  
tempus juramenti  
naturam pensitandi  
datur: Si denique  
perspectum illud,  
propter quod jura-  
mentum profertur:  
Si tandem jurans lo-  
quitur ex integro  
animo. §. XXVII.

Præcepto quartotem-  
pus solennis cultus  
describitur. XXVIII.

Quod septimus dies  
jam à creatione ce-  
lebratus, sub Mose  
novis

Spektan  
novis circ  
definitus.

figura Chris  
in hoc præ  
quid mor  
quid cer  
§. XXXI.

Morale, quò  
tempus si  
tione cult  
dandum si  
ceremoniale  
quod spec  
septimus  
debuerit.

Eni ratione  
ris mutar  
§. XXXIV.

Am sub N. T  
mutabatu  
vertebatur  
primun.

Sanctificatio  
in duobus  
bat, in int  
laboris ser  
que cult  
morie ob  
XXVI.

novis

novis circumstantiis definitus. §. XXIX.

Figura Christi. XXX.

In hoc præcepto ali-  
quid morale, ali-  
quid ceremoniale.  
§. XXXI.

Morale, quòd aliquod  
tempus sine distra-  
ctione cultui divino  
dandum sit. XXXII.

Ceremoniale verò,  
quòd speciatim dies  
septimus sacer esse  
debuerit. §. XXXIII.

Hinc ratione postero-  
ris mutari poterat.  
§. XXXIV.

Imò sub N. Testamento  
mutabatur & con-  
vertebatur in diem  
primum. §. XXXV.

Sanctificatio Sabbathi  
in duobus consiste-  
bat, in intermissione  
laboris servilis, at-  
que cultu divino  
varie obeundo. §.  
XXXVI.

Eadem sub N. Testa-  
mento requiritur.  
§. XXXVII,

Hactenus præcepta re-  
spiciebant officia er-  
ga Deum. Sequen-  
tia proximum, qui  
Deo semper postpo-  
nendus. §. XXXVIII.

Inter proximum emi-  
nent parentes, qua-  
re de honore ipso-  
rum Præceptum  
quintum latum. §.  
XXXIX.

Intelliguntur autem  
Parentum nomine  
& progenitores, &  
omnes alii, qui si-  
milia officia & bene-  
ficia nobis præstant.  
§. XL.

Honor iis debitus ex  
corde profluere, se-  
que per gestus, ver-  
ba, maxime actua-  
lem Obedientiam  
probare debet. XLI.

Ipsi quoque Parentes  
& qui Parentum  
loco

*loco filii officia debent.* §. XLII.

*Nexu ostenso.* §. XLIII.

*Docetur generali homicidii nomine.* §. XLIV.

*Vetari homicidium proximi.* §. XLV.

*Et ἀνομιαν.* §. XLVI.

*Nec actuale & externum tantum, sed etiam internum, potentiale, quodq; ad actuale ducit.* XLVII.

*Contra hoc Præceptum non peccant (1.) Magistratus, qui homines scelerum morte dignorum reos neci tradunt,* §. XLVIII.

*Vel quando bella legitima ducunt.* XLIX.

*Quorum notæ adferuntur.* §. L.

(2.) *Dein qui violentum aggressorem ad propriæ vitæ consulendum occidunt.* §. LI.

(3.) *Tandem qui vel sibi vel aliis præter intentionem vitam adimunt.* §. LII.

*Ex opposito mandatur φιλανθρωπία, humilitas, patientia, placabilitas, auxilium proximo ferendum.* §. LIII.

*Sequitur præceptum septimum, ubi ἡν generaliter sumendum.* §. LIV.

*Vetatur quippe adulterium externum,* §. LV.

*Internum.* §. LVI.

*Omne id, quod occasionem & materiam adulterii præbet.* §. LVII.

*Cujus species nonnullæ traduntur.* §. LVIII.

*Speciatim huc pertinet scortatio.* §. LIX.

*Ex adverso præcipitur cordis mundities, sermo castus, gestus verecundus,*  
opus

opus sanctum. §.  
LX.

Et probatur conjugium  
secundum leges rite  
institutum. §. LXI.

Quod legitimum, si ju-  
sta sanguinis distan-  
tia observatur: Si  
adeſt consensus ſpon-  
ſi & ſponſe: Conſen-  
ſus quoque Paren-  
tum: Si deniq; neu-  
ter contrahentium

alii fide conjugali  
conjunctus, unde

Polygamia illicita  
conſtat. LXII, LXIII.

Qui verò ſibi invicem  
fide conjugali con-  
juncti ſunt, officia

ſibi debent. §. LXIV.

Quæ vel communia. §.  
LXV.

Vel ſpecialia mariti er-  
ga uxorem, aut u-  
xoris erga maritum

§. LXVI

Atque hoc Conjugii  
vinculum indiſſolu-  
bile, niſi intercedat

adulterium. LXVII.

Præcepto octavo voce

דברים intelligendæ  
ſunt omnes injuſti-  
tiæ ſpecies. §. LXVIII.

Quæ conſiderantur  
vel ratione bono-  
rum. §. LXIX. LXX.

Pro quorum diverſo  
intuitu varium fur-  
tum, & hinc varia

pænæ. §. LXXI.

Vel ratione modi.  
§. LXXII.

Veluti quæ vi LXXIII.  
Dolo §. LXXIV.

Clam aguntur. LXXV.  
Vel ratione perſona-

rum, à quibus fur-  
tum committitur.  
§. LXXVI.

Uti ſunt divites. §.  
LXXVII.

Pauperes. LXXVIII.

Hoc furti interdiktum  
præſupponit domi-  
nium, quod deſcri-

bitur. §. LXXIX.

Cujus ortus à Deo. §.  
LXXX.

T

Qui

*Qui hominem Dominum terræ constituit. §. LXXXI.*

*Voluitque ut omnes homines unâ absque querela rebus creatis fruerentur, quod quoque obtinisset in statu integritatis §. LXXXII.*

*Sed peccatum dominium magis proprium fecit. LXXXIII.*

*Cujus proprietas probatur. §. LXXXIV.*

*Speciesque proprietatis subjiciuntur. §. LXXXV.*

*Speciatim mercatura licita adstruitur. §. LXXXVI.*

*Cujus Characteres notantur. §. LXXXVII.*

*Præterea usura moderata. §. LXXXVIII.*

*Præcepto nono prohibetur omne testimonium falsum adversus quemcunque dictum. §. LXXXIX.*

*Sive publice coram*

*Magistratu, sive privatim. XC.*

*Recensentur varii modi falsi testimonii. §. XCI.*

*Variae personæ, quæ illud perhibere solent, uti partes litigantes, delatores, testes, advocati, judices, XCII.*

*Item illi, qui in discursibus suis famam proximi lædunt. §. XCIII.*

*Aut de eo temerè judicant. XCIV.*

*Turpitudine testimonii falsi monstratur. §. XCV.*

*Classi falforum testium non annumerandi illi sunt, qui de insigni peccatore vera narrant. XCVI.*

*Ad interdictum præcepti noni pertinet non solum mendacium perniciosum, sed etiam jocosum*

*& of-*

Specian  
& officio  
§. XCVIII.  
Vi appo  
datur  
§. XCIX.  
In semper  
dam, max  
do nomen  
rendum.  
Um tamen  
que dicen  
riculum c  
ne necess  
palanda e  
recepto de  
rato. CII.  
Sanctificen  
duratur  
in spec  
vel mala.  
Males, de qu  
mo, gradu  
tur. CIV.  
Quæta ejus  
sunt. CV.  
Præceptum  
nale præ  
bus, san  
& quodpi  
dicem om

& officiosum. XCVII.

§. XCVIII.

*Vi oppositionis man-  
datur veracitas.*

§. XCIX.

*Cui semper studen-  
dum, maximè quan-  
do nomen Dei prohi-  
tendum. C.*

*Non tamen veritas  
quæ dicentem in pe-  
riculum conjicit, si-  
ne necessitate pro-  
palanda est. CI.*

*Præcepto decimo nar-  
rato. CII.*

*Concupiscentia confi-  
deratur in genere  
& in specie, ut bona  
vel mala. CIII.*

*Male, de qua hic ser-  
mo, gradus referun-  
tur. CIV.*

*Objecta ejus innumera  
sunt. CV.*

*Præceptum hoc gene-  
rale præ superiori-  
bus, sanctissimum,  
& quod primam ra-  
dicem omnium pec-*

*catorum resecat,  
monstratur. CVI.*

*Concupiscentiæ oppo-  
sita virtus, quæ  
hic præcipitur, est  
abnegatio sui ipsius  
& animus sorte sua  
contentus. CVII.*

*Exposito Decalogo do-  
cetur summa ejus  
amor Dei & proxi-  
mi. CVIII.*

*Tum indagatur amoris  
Dei natura & Origo  
CIX.*

*Gradus intensissimus.  
CX.*

*Cujus signa perhiben-  
tur. CXI.*

*Indagatur quoque na-  
tura amoris proxi-  
mi. CXII.*

*Qui intra cordis pene-  
tralia non subsistit,  
sed se largâ mensurâ  
per actiones exter-  
nas effundit. CXIII.*

*Et proximo id offici-  
um præstat, quod  
ipsi utile. CXIV.*

T 2


Tum

*Tum rectè se habet,  
quando similis amo-  
ri, quò quis seipsum  
aut Christus fideles  
vel Deus creaturas  
diligit. CXV.*

*Proximus verò, cui  
amorem debemus,*

*est omnis homo, et  
iam inimicus. CXVI.  
Quamvis non eodem  
gradu omnes dili-  
gendi. CXVII.*

*Ultimò Decalogi usus  
sub N. T. ostenditur.  
CXVIII.*



### §. I.

**D**E quibus superiori capite §. IX. XVII-XX.  
in genere diximus (scilicet quòd Deus  
Ecclesiæ sub hac Oeconomia viventi leges, quæ  
fidem, mores, Ceremonias, forum spectant,  
præceperit) ea spcciatim hoc & duobus se-  
quentibus capitibus pertractanda erunt.

II. *Judei communiter in universum  
DCXIII. Præcepta Legis Mosaicæ computant,  
Tract. מכות Exc. Gem. c. III. דרש ר' שמלי תריג  
מצות נאמרו למשה בסיני שס' לאון כמנן ימות  
החמה רמ' עשה כנגד איבריו של אדם* Ex Coc-  
ceji interpretatione. *R. Samlæi hæc est obser-  
vatio: DCXIII. præcepta dicta sunt Mosi in  
monte Sinai. CCCLXV. prohibentia pro nu-  
mero dierum anni solaris. CCXLVIII. juben-  
tia pro numero membrorum hominis. Singu-  
lorum epitomen dedit Rev. Leydeckerus in  
Rep. Hebr. l. V. c. X.*

III. *Cuncta commodè ad quatuor Classes  
redu-*

*reduci possunt.* Quarum prima tradit præcepta, quæ notitiam de Deo continent. Altera mores perpetuæ observantiæ. Tertia Cere-  
monias. Quarta Jura Civilia complectitur. Fit tamen subinde, ut unum aliquod ad duas Classes respiciat.

IV. *Quod attinet præcepta, quæ ad no-  
titiam Dei pertinent, pauca illa sunt.* Nam Deus maximè delectatur accurata obedientia populi sui, non curiosa essentia & Majestatis divinae scrutatione. Et quæ de se revelavit, ita revelavit, ut vim pietatis in animis relinquerent.

V. *Ad hanc Classẽ referenda sunt, quæ le-  
guntur* Exod. XX, 2. *Ego Jehova Deus tuus, qui eduxi te à terra Ægyptiorum: Non erunt tibi Dii alii præter faciem meam.* Deut. VI, 4. *Audi Israël, Jehova Deus noster Jehova unus.* cf. Exod. XX, 5. 6. XXIII, 20. 21. XXXIV, 6. 7. Num. VI, 24. 25. 26. Deut. IV, 15. Ex his aliisque locis noverant Israëlita (a) Deum existere. (b) Eundem unum. (c) Plures tamen Personas esse, quibus divina Essentia, nomina, actiones, honor competunt. (d) Deum non esse similem ulli creaturæ, aut oculis hominum cerni, sed Spiritum (e) à quo alia quævis vitam suam habent. (f) Israëlitas in specie non solum communia sed singularia beneficia illi unicè debere. (g) Eundem gratiosum erga obediẽtes, sed justum sanctumque vindicem

erga inobedientes. (h) Fore ut aliquando Prophetæ Moſi par, imò illo major, excitandus ſit. Idem ſub varia ~~ſpecie~~, pluribus ſignis, quæ perſonam determinabant, cognoscendus proponebatur, ſed inſtituti ratio non permittit, ut in his deducendis prolixi ſimus. Præcipua capita attigiffe ſufficit.

VI. *Progredimur ad alteram Claſſem ſive Præcepta moralia, quibus præſcribuntur officia erga Deum & proximum præſtanda.* Hæc à Ceremonialibus & Forenſibus in his maximè differunt, quòd in natura & ſanctitate Dei fundata omnem hominem omni tempore & loco obligent.

VII. *Jam quidem naturâ nota ſunt,* Rom. II, 14. 15. quoniam verò homines carnales *φιλαυτίας* vitio affecti ſunt, ſolent illi lucem, quæ in cordibus ſplendet, variè obſcurare, adverſus eam excipere. Atque hæc ratio, quare *Deus*, quod naturâ cordi inſcribit, *in uſum populi ſui tabulis, chartis partim ipſe inſcripſerit, partim inſcribi curaverit.* Hoc quippe modo voluntas Dei diſertis verbis exprimitur, ſeductioni, exceptionibus anſa magis præſcinditur.

VIII. *Horum officiorum ſumnam Deus nervoſâ brevitate, pulcherrimo ordine in Decalogo exhibuit. Quæ ipſa per Moſen cate- rosque Prophetas iteratò inculcari, conſirmari, illuſtrari, deduci &c. juſſit.*

IX. Et

IX. *Et quod Decalogum attinet, constat ille ex decem Præceptis* Exod. XXXIV, 28. (unde etiam nomen habet) quorum quatuor priora officia erga Deum, posteriora verò, quæ proximo debemus, tradunt, illa probabiliter uni, hæc alteri tabulæ inscribebantur. Cum iis, qui aliam divisionem malunt, non multum litigabimus. Nec Deus delectatur accurata divisione sed observatione. Modo nihil, quod Legislator præcepit, omittatur.

X. *Habet Decalogus præ reliquis legibus,* quod (1.) illum ipse Deus altâ voce pluribus Majestatis Divinæ symbolis elocutus fuerit. (2.) Dein quod ejus pronuntiationem totus Israël ingenti consternatione audiverit. (3.) Insuper quod eum Deus & quidem geminâ vice tabulis lapideis, (quarum priores pretiosiores erant) digito suo inscripserit. (4.) Tandem quod intra arcam asservatus fuerit.

XI. *Cæterum ad illum clarius intelligendum sequentia notasse iuvabit.* 1. Spiritualis est, sive non solum externas hominis actiones sed simul internas obligat, Matth. V, 28. 2. Dein plus præceptis & interdictis inest, quàm verbis exprimitur. Sapientissimus Legislator mandatorum copia Israëlitas onerare noluit, ut ipsi studiosi *φρονήσεις τῶν δικαίων* agnoscant unâ specie prohibitâ prohiberi alias omnes, quæ ad idem genus spectant, Matth. cap. V. 21. 22. 3. Insuper sub præceptis interdicta

& sub interdictis præcepta comprehenduntur. 4. Præterea *negativè* potius quàm *affirmativè* proponitur, ut & de corruptione nostra moneamur & fortius obstringamur ad obedientiam. 5. Hinc quoque ad singulos Honora &c. dirigitur, ne quispiam, cujus sexus, conditionis, ætatis est, se eximat. 6. Nec non *in futuro*, mandans constans obsequium. 7. Tandem tenendum hunc in eo ordinem teneri, ut primò officia erga Deum, tum quæ proximo debemus, præscribat, quò doceamur omnium primò Deo obediendum esse. 8. Ultimò notandum leges Decalogi, si Sabbathum septima die celebrandum exceperis, in natura Dei fundatas esse atque dispensationem quamvis respuere.

XII. *In Decalogo distinctè notandum occurrit Præmium: Dein Præcepta.* Præmium his verbis continetur: *Ego Jehova Deus, qui eduxi te è terra Ægyptiorum, è domo servorum.* Præterquam quod verum Deum cognoscendum tradit, continet quoque gravissimas rationes, ex quarum pensitatione Israëlita obedientiam omnibus præceptis (nam ad omnia spectat) debent.

XIII. *Præcepta sunt decem. Ex his primum: Non erunt tibi Dii alii coram facie mea.* Quia verus cultus præstari nequit, si quis falsum Numen colit, ideo id omnium primò veratur. Atque hoc necessarium, quoniam illo

illo tempore idololatria passim grassabatur, nec grassabatur tantum inter vicinas gentes, verum ipsi Israëlita crassum hunc errorem jam in Ægypto imbibant.

XIV. *Eo ipso præcipitur, ut solus Jehova Israelitarum Deus sit, sive habeatur, quod etiam ex antecedentibus constat. Comprehendit autem hoc præceptum præter sufficientem agnitionem Dei, perfectionum, virtutum, operum, omnem cultum, qui Deo debetur. Sacrae Literæ variè eum exprimunt, veluti diligere, Deut. VI, 4. 5. Timere, 1. Chron. XX, 20. Obedire, 1. Sam. XV, 22. Humiliter cum Deo incedere, Mich. VI, 8.*

XV. *Horum officiorum fundamentum est summa Dei bonitas, excellentia, Majestas, veracitas, jus, quod in creaturam habet ob creationem, conservationem, redemptionem; Etiam status hominis in se summe indigus & dependens.*

XVI. *At non solum vult Deus, ut tanquam Numen colatur sed insuper decenti modo, quare falsum additis gravissimis rationibus præcepto secundo proscribit: Non facies tibi sculptile & ullam imaginem eorum, quae in cælis desuper & quae in terra deorsum & quae in aquis infraterram. Non incurvabis te coram illis & non servies illis, quoniam ego Jehova Deus tuus, fortis Zelotes visitans peccata Patrum in filiis ad tertiam & quartam genera-*

*tionem scil. iis, qui me odio prosequuntur: sed facio misericordiam mille, qui me diligunt, & praecepta mea custodiunt.*

XVII. Nempe Gentiles tum temporis imagines, maximè dolatas rerum *caelestium*, Solis, Lunæ, stellarum, Deut. IV, 19. Amos, V, 25. *terrestrium*, veluti hominum utriusque sexûs, animalium quadrupedum, humi repentium, Deut. IV, 16. 17. 18. Rom. I, 23. *aquaticorum* piscium *formasse*, coram iis *procubuisse*, aut aliud reverentiæ signum dedisse, præterea iis *cultum*, veluti precando, sacrificia offerendo, suffiendo, consultando, templa extruendo &c. *praestitisse videntur*. Quare necesse habebat Deus imagines, earumque usum populo Israël prohibere, ne hic aliàs ad Idololatriam pronus in eam incidat.

XVIII. Atque hic est ex circumstantiis primus interdicti scopus. Attamen idem vetat omnem alium quocunque tempore & loco imaginum sive veri Dei sive creaturarum in cultu religioso usum: Quippe (1.) talis quoque verbis *praecepti secundi* refragatur. Dein (2.) nemo unquam vidit Dei imaginem, ne quidem quando in Horeb externo symbolo præsentiam suam testatus est, Deut. IV, 15. 16. Nec (3.) sub alia re visibili. Es. XL, 18. materia aurea, argentea, lapidea referri potest Act. XVII, 29. (4.) Talis enim repræsentatio cedit

in

in ignominiam Dei, viles de Deo excitat cogitationes atque ita in errorem inducit.

XIX. *Nec juvat dicere nullam imaginibus tribui Divinitatem aut honorem divinum; referri verò mente ad ipſum Deum.* Nam nequidem Gentiles cenſendi ſunt & ipsi imagini adjudicaſſe. Et Iſraëlitæ ſub vitulo coluerunt Deum verum. Nihilominus & illi & hi Idololatræ arguuntur, in quos Deus graviffimè animadvertit, Rom. I. Exod. XXXII. Experientia quoque, quod nequidem Adverſarii diffitebuntur, conſtat plebem indoctam in ſtatu ſubſiſtere, nec altius mentem attollere. Unde elucet imagines non eſſe rudium informatores ſed ſeductores. Certius & magis tutum inſtitutionis medium Deus ſub utroque Teſtamento ordinavit, hoc verò improbavit.

XX. *Rejctò falſò Deum ſub imaginibus colendi modò verus, qui inculcatur, is eſt, quò Deus ut ſpiritus omniſcius, omni præſens in ſpiritu colitur.* Ubi-  
cunque verus cultor eſt, vel mente tantum, vel mente & corpore, ore, geſtu Deum adorat, genua flectit, proſternit ſe, preces coram illo fundit. Unde Ma-  
monidi ſervitium eſt precatio ad Deum fuſa.  
תפלה c. I. עבודה זו היא תפלה

XXI. *Sequitur tertium Praeceptum unà cum ſerjâ comminatione: Non ſumes nomen Je-  
hova Dei tui in vanum, quia non innocen-  
tem habebit Jehova (eum), qui ſumſerit  
nomen*

*nomen ejus in vanum.* Non solum verus Deus cognoscendus, spirituali modo colendus est, sed & profunda veneratione nomen ejus sumendum.

XXII. *Nomen Jehovae omne id est, quod nobis innotescit.* Malach. I, 11. Act. IX, 15. sive nomen strictè sic dictum, sive proprietates divina, verbum aut factum divinum sit. Cuncta hæc Dei sunt nomen adeoque ejus & nominum eadem ratio. Hoc *nomen Dei non est sumendum* vel in animo tantum vel ore simul, Exod. cap. XXIII. v. 1. **לשון** *in vanum*, quod facit is, qui absque reverentiâ cogitat de Deo aut qui non perpendit, num elocutio **לשון** adferat ef. Ps. CXV. 11. vel qui illud falsò usurpat mentiendo Deum sibi aliquid revelasse, Ezech. XIII, 6. aut transferendo illud in Idolum, unde **לשון** sumitur aliquando pro *mendacio*, cf. Exod. XX, 13. cum Deut. V, 20.

XXIII. Plurimi alii casus sunt, in quibus interdictum hoc generalibus verbis conceptum violatur. Notabiliores sunt blasphemia, perjurium, juramentum temerarium, vanum, voti nuncupati violatio, impia vita illorum, qui in nomen Patris, Filii & Spiritus S. baptizati Matth. XXVIII, 19. Rom. II, 24. Jac. II, 7.

XXIV. *Virtute oppositionis ergo præcipitur Sanctificatio Nominis Divini.* Atque hæc peragitur primo mente, quæ Gloriam & Ma-

gesta-

Speſtantibus ſ  
ſtatem Dei, pen  
ſorum divinatorum  
ſummetu intuetur  
ſervitio Div  
de Deo vener  
ſus declarat ge  
ſus ſapius, nunq  
ſeque quoque cum  
ſalia loquitur, ali  
ſtat. Zelo ardet  
ſtur, **לשון** *in vanum*  
ſe Religionis & p  
ſheritatibus, ipſa  
ſcipitur, adeo  
ſetur *nomen Dei*.  
XXV. Ad ſancti  
ſte referetur Jura  
ſonatio Dei, qu  
ſuſſis appell  
ſſimus, negan  
ſone clauſum ten  
ſedationis, cum  
XXVI. Nam li  
ſ N. T. ad decide  
ſ Deut. VI, 13.  
ſtitutum, ſi non  
ſum ſumeretur.  
ſeate inelyti, Ab  
ſ. Etiam in N. T.  
ſmes ſancti, velu

jestatem Dei, perfectionum, verborum, factorum divinatorum ingenti cum humilitate, filiali metu intuetur, admiratur, attollit, seque totum servitio Divino destinat. Tum internam hanc de Deo venerationem signis externis religiosus declarat *gestibus, sermone, opere*. De Deo sapius, nunquam tamen sine reverentia, magna quoque cum voluptate ex cordis abundantia loquitur, alios ad dulce hoc colloquium invitat. Zelo ardet, quando nomen Dei profanatur, καλὴν ἀναστροφὴν inter quosvis, etiam hostes vera Religionis & pietatis, ducit nec præmiis nec adversitatibus, ipsa morte ab officio hoc se abducipatitur, adeoque totus in eo, ut *sanctificetur nomen Dei*.

XXV. Ad sanctificationem Nominis Divini rectè refertur Juramentum, quod est *religiosa invocatio Dei, quæ is, tanquam cordium scrutator, testis appellatur de eo, quod coram alio affirmamus, negamus & vindex, si aliud in corde clausum tenemus, ad omne dubium eximendum iis, cum quibus nobis res est*.

XXVI. Nam licitum est 1. Ceu quod olim in V. T. ad decidendum controversias institutum Deut. VI, 13. Exod. XXII, 10. Non certè institutum, si nomen Domini in juramento in vanum sumeretur. 2. Hinc illud dixerunt Viri pietate inclyti, Abrahamus, Jacobus, tot alii. 3. Etiam in N. T. Angeli Apoc. XI, 5. 6. homines sancti, veluti Paulus, jurasse leguntur, Rom.

302 Cap. XV. De Legibus Fidem & Mores  
 Rom. I, 9. Phil. I, 8. 1. Theff. II, 5. 2. Cor. I,  
 23. 1. Theff. V, 27. Rom. IX. I. 4. Et quæ ra-  
 tio juramenti ad controversias finiendum olim,  
 ea hodiernum Hebr. VI, 16. 5. Tandem ritè  
 jurans sanctificat Deum ceu cui omnipræsentiæ,  
 omniscientiæ, justitiæ, sanctitatis aliarumque  
 perfectionum gloriam attribuit. Nec obstat  
 Matth. V, 34. &c. Vetantur ibi temeraria ju-  
 ramenta, formulæ jurandi pravæ, sicuti ex cir-  
 cumstantiis elucet atque aliunde ex Historia no-  
 tum est.

XXVII. *Licitum quavis juramentum, si  
 ritè dicitur, magna tamen prudentia & pi-  
 tate circa id opus.* Detestandus abusus, qui  
 corruptis his temporibus obtinet, meritò  
 Magistratus cautos sollicitosque reddere de-  
 beret. *Sequentes verò regulas observasse  
 juvabit.* Primò jurandum unicè est in nomi-  
 ne Dei, non creaturæ cujusdam, in quam non  
 cadunt requisita, quæ cadunt in illum, in cujus  
 nomine jurandum. *Dein* res gravis & magni  
 momenti sit oportet, propter quam imponitur  
 juramentum. *Præterea* juranti tempus dan-  
 dum ad naturam juramenti perpendendum  
 aut cum inscius, non prius admittendus est  
 quàm rectè instructus de juramento. *Insuper*  
 requiritur ut perspectum id sit, propter quod  
 juramentum pronuntiatur. *Tandem* juranti  
 loquendum est ut coram Deo, plenè, planè,  
 verè. Nihil reticendum, nihil addendum.

XXVIII.

Spectantibus  
 XXVIII. Succ  
 tempus cultus so  
 Sabati, ut san  
 & facis opus tuu  
 Deo tuo. Non  
 tua, servus tuus  
 nam profelytus tuus,  
 ledus condidit celos  
 & quærit die septi  
 Sabati & sanctific  
 Gen. I, 12-16.  
 XXIX. Superius  
 cum septimum mox a  
 tuus fuisse. Tem  
 la voluntatem reno  
 describere, quod  
 enim hoc av  
 gnum accurat  
 citæ, quippe pe  
 tem tollendu  
 stellæ, non N  
 XXX. Quemadm  
 ius jures, ita ordin  
 Exod. XX  
 Coloss. II, 16, 1  
 XXXI. Circa tem  
 quid sunt scil. temp  
 tranquilla me  
 ditionis dandum.  
 omni ab ipse nullo lab  
 veritæ est. Posterius  
 XXXII. Quod

**XXVIII.** *Succedit Præceptum quartum, tempus cultus ſolennis deſcribens. Memento diei Sabbathi, ut ſanctifices illum. Sex diebus laborabis & facies opus tuum. At dies ſeptimus eſt quies ſehovæ Deo tuo. Non facies ullum opus, tu, filius tuus, filia tua, ſervus tuus & ancilla tua, & jumentum tuum, etiam profelytus tuus, qui in portis tuis, nam ſehova ſex diebus condidit cælos & terram, mare & omnia, quæ in iis, & quievit die ſeptimo, quare benedixit ſehova diei Sabbathi & ſanctificavit illum. Exod. XX, 8--12. cf. Deut. V, 12--16.*

**XXIX.** *Superius c. IX. §. XXXV. jam notavimus diem ſeptimum mox à creatione ex voluntate Dei celebratum fuiſſe. Tempore Moſis conſultum videbatur Deo voluntatem renovare atque novis circumſtantiis circumſcribere, quod illa tempora poſcebant. Quoniam enim hoc ævo Idololatria ſerpebat, diem ſeptimum accuratè obſervare jubebantur Iſraëlita, quippe permultum faciebat ad hunc errorem tollendum & docendum, Solem, Lunam, ſtellas, non Numina ſed creaturas eſſe.*

**XXX.** *Quemadmodum autem unius rei poſſunt eſſe fines plures, ita ordinavit Deus, ut Sabbathum etiam eſſet ſignum Exod. XXXI, 13. umbra, figura quietis in Chriſto. Coloff. II, 16, 17.*

**XXXI.** *Circa tempus cultus duo accuratè diſtinguenda ſunt ſcil. tempus aliquod in genere conſideratum, quod tranquilla mente abſque diſtractione cultui Divino dandum. Tum ſpeciatim dies ſeptimana ſeptimus abſque ullo labore in quiete tranſigendus. Prius morale eſt. Poſterius arbitrarium typicum.*

**XXXII.** *Quod enim prius attinet, utique Deus*

Deus ab homine poscit cultum omnium præstantissimum. Talis verò non est, quando opera servilia tractantur atque animus distrahitur. Ex adverso is est, ubi animus vacat ab alio labore & unice Divina cogitat, agit. Dein homo non solum curare debet corpus ejusque sustentationem, sed Spiritum quoque atque id quàm fieri potest optimè, quod verò intermissionem alius laboris requirit, adeoque certum aliquod tempus huic fini destinandum. Unde omni tempore veri imò etiam falsi Cultores ferias fixerunt.

XXXIII. Alterum verò arbitrarium typicum esse constat (1.) Etenim nulla extra revelationem solida ratio dari potest, quare quies die septima agenda. (2.) Et quæ ratio loci, ea temporis quoque: Locus cultûs verò arbitrarie Joh. IV, 21. 21. (3.) Paulus umbris V. T. Sabbatha accenset, Coloss. II, 16. 17.

XXXIV. *Unde nunc fluit Præceptum IV. ex parte morale, ex alia parte arbitrarium & typicum esse.* Ratione posterioris mutari poterat, imò mutabatur adventu Christi, Coloss. II, 16. Gal. IV, 10. 11. Non item ratione prioris.

XXXV. *Quare etiam sub N. T. tempus aliquod cultui sacro destinandum erat. Conveniebant autem Apostoli die primâ, atque ea verbum divinum exponebant, Sacramento corporis & sanguinis Christi utebantur, A&.*  
XX, 7.

Speſtantibus  
11, 7. elemoſyna  
11. quæ hinc  
detur. Hoc Ap  
Chriſtiani, hos  
gentes, ſecuti ſunt  
tempus cultui ſoler  
nar ab Apoſtoli  
ſtabilis dein ha  
ſenti, quæ fidei C  
XXXVI. Ad ſa  
ſum duo pertine  
ſſo operum labor  
ſubſtant, non ſa  
Hac in lege M  
ſum, ut etiam exig  
ſubſistent. Mini  
ſabbatum,  
ſum ſcribebat  
ſum tu cultu dir  
ſum, orando, le  
ſum Dei depradi  
ſum maximè miſer  
ſum Luc. IV, 16. A  
ſum 12.  
XXXVII. Eade  
ſum ſanctific  
ſum. Nam  
ſum perpetuò dur  
ſum illi ſub V  
ſum tantior autem

XX, 7. eleemosynas colligebant 1. Cor. XVI, 1. 2. quæ hinc *ἡμεῖς κυριακὴν dies Dominica* dicta videtur. Hoc Apostolorum exemplum primi Christiani, hos ad nostra usque tempora sequentes, secuti sunt. Et rectè. Aliquod enim tempus cultui solenni dandum erat. Hoc dabatur ab Apostolis, quos alii tutò imitantur. Notabilis dein hæc dies resurrectione Jesu Christi, quæ fidei Christianæ fundamentum.

XXXVI. *Ad sanctificationem Sabbathi moralem duo pertinent, quorum primum intermissio operum laboriosorum*, ceu quæ animum distrahunt, *non facies ullum opus* Exod. XX, 10. Hæc in lege Mosaica magno rigore poscebatur, ut etiam exiguus labor mortem promeritus fuerit. *Minimè tamen otium constituebat Sabbathum, sed illud quoad opera servilia præscribebatur, ut homo totus occupatus sit in cultu divino, privato, publico, meditando, orando, legendo, quiescendo in Deo, opera Dei deprædicando, benefaciendo proximo, maximè misero*, Lev. XXIII, 3. Act. XVI, 13. Luc. IV, 16. Act. XV, 21. Matth. XII, 10. 11. 12.

XXXVII. *Eadem, quam modò expressi, Sabbathi sanctificatio sub N. Testamento requiritur.* Nam officia hæc moralia sunt & ideo perpetuò durant. Dein Cultus N. Testamenti illo sub Vetere præstantior postulatur; Præstantior autem is sine dubio, qui totus sine

distractio ad gloriam Dei & spiritûs totalem elevationem compositus est. Verum quidem Christianos sanguine Christi in libertatem vindicatos esse, sed libertas illa probè intelligenda est. Minimè tanto pretio acquisita illa, ut nos imperfectiorem cultum præstaremus, nedum, quod vulgò tamen fieri cernimus, tempus otiaando, lautius edendo, bibendo, nitidiori vestitu corpus amiciendo &c. transigeremus. Liberi sumus ab eo, quod typicum in Sabbatho, sed tempus cultûs nostri purâ, tranquillâ mente, quantum fieri potest, impendere tenemur. Ais: Omne tempus Deo sacrum esse. Utinam esset! Quis de Christianorum vita hoc iudicium ferre potest? Ergò præstat tempus aliquod secernere atque illud integrum in servitio divino consumere.

XXXVIII. *Primò quidem Deo officia nostra debemus. Nunquam tamen illi officia ritè præstabimus, nisi simul Proximo, Matth. XXII, 39. 1. Joh. IV, 20. Quare recensitis officiis erga Deum adduntur eadem erga proximum.*

XXXIX. *Inter Proximum primum locum tenent Parentes, quare de iis primò כבד gravitatem tribue Patri tuo & Matri tue, additâ promissione, ut prolongentur dies tui super terra, quam tibi Jehova Deus tuus daturus est.*

XL. *Si, in quos honos conferendus, Patris & Matris nomine insigniuntur. Intelliguntur autem*

Spectantibus  
item primo  
conservationem  
debemus. Tu  
na, beneficia n  
reli quoad corp  
simul, quales  
gizatus, Heri. I  
entur, quando  
aliquando plus  
nomine insigni  
Philém. 10.  
len. XLI, 43. J  
ducitur filii, m  
VII, 6.  
XLI. Honor  
deus existimat  
Rom. XIII, 5.  
tem, penitant  
tiam, commod  
reuerendos, 7  
Reuerentia ne  
mitibus, qua  
quam Deo deb  
non sint, 1. Pe  
edens existit,  
te. Cum obe  
auxilium pro  
tius, discipulu  
ceptor, Magist  
XLI. Eo ip

*autem primo Genitores nostri*, quibus ortum, conservationem, curam, benedicente Deo, debemus. *Tum omnes alii, qui similia officia, beneficia nobis præstant*, quoad animam vel quoad corpus, vel quoad corpus & animam simul, quales sunt Ministri Verbi Divini, Magistratus, Heri. Parentum ergo nomen & hi merentur, quandoquidem agunt, quod Parentes & aliquando plus. Unde in Scriptura etiam hoc nomine insigniuntur Gal. IV, 19. 1. Cor. IV, 15. Philem. 10. 1. Tim. V, 1. 2. Reg. II, 12. Gen. XLI, 43. Jes. XXII, 21. XLIX, 23. & servi dicuntur *filii*, παῖδες *pueri* Gen. XV, 2. Matth. VIII, 6.

XLI. *Honor iis debitus continet præclaram de iis existimationem* ortam ex conscientia, Rom. XIII, 5. agnoscente divinam ordinationem, pensitante magnum, quod ab iis hauriunt, commodum. *Hæc se exerit per gestus verecundos, verba reverentiam testantia. Reverentia necessario poscit obedientiam* in omnibus, quæ non adversantur obedientiæ, quam Deo debemus Eph. VI, 1. licet æqua non sint, 1. Petr. II, 18. Nam qui alteri inobediens existit, eum quoque irreverenter habet. Cum obedientia conjunctum sit oportet auxilium pro circumstantiis varium, quod filius, discipulus, subditus, servus, Patri, Præceptori, Magistratui, hero ferre tenetur.

XLII. *Eo ipso autem, quia filii Parentes*

*aut qui eorum loco sunt, honorare jubentur, Parentes & qui similem gloriam præ se ferunt filiis officia, quæ venerationem promerentur, vicissim debent, qualia tractare eos filiorum instar, commodum eorum quoad corpus, animam, bona promovere, defendere adversus hostes. Ex generalibus his fluunt officia mutua specialia.*

XLIII. *Succedit præceptum VI. לא תרצח. Ne occidas.* Quoniam vitâ nihil pretiosius, præceptum hoc antecedit reliqua, quæ legitimam hominum propagationem, bona, famam concernunt.

XLIV. *Præcepto hoc vetatur homicidium, (רצח enim de hominum cade tantum usurpatur.)* Quia autem generalibus verbis tulit *וּמִשְׁפָּחָתָם*, docuit nos, ut illud generaliter quoque exponeremus, neque restringeremus, ubi ipse non restringit.

XLV. *Hac ratione vetatur cædes proximi sine discrimine ætatis, conditionis, sexûs.* Lex naturæ id unumquemque docet. A Deo homo vitam accepit, alius eam ipsi adimere nequit. Unde jam primis temporibus statutum, ut occideretur, qui occidit, Gen. IX, 6. Huc quoque referendum, si quis per alium mortem infert: Aut alteri negat, quod ei ad vitam ducendam absolutè necessarium: Vel non eripit præsentis periculo, a quo illum liberare valet. Aut denique si quis bellum injustum gerit, vel

vel ultrò sequitur. Quale bellum nihil nisi grande latrocinium.

XLVI. *Vetatur dein αὐτοχειρία*, quæcunque causa prætendatur. (1.) Nam præceptum sextum non habet, ne occidas proximum, sed absolute *ne occidas*. (2.) Quæ ratio mortis proximo non inferenda, eadem non sibi ipsi. Nemo dominus sui ipsius. (3.) Vel quare malum violentam quis sibi infert? An periculum? An desperatio? An peccatum? An bonum majus consequendum in causa? Nullum valet. Potius αὐτοχειρία graviter peccat adversus voluntatem, Providentiam, longanimitatem Dei, & dum malo finem facere cogitat, aggravat illud. (4.) Flagitiosi & à Deo reiecti omnes illi, qui in Scriptura ut αὐτόχειρες allegantur.

XLVII. *Vetatur* non solum homicidium externum & actuale, sed & *internum, potentiale, quodque ad actuale ducit*. Quando enim Legislato generaliter ait, *ne occidas*, rectè subintelligi potest quacunque ratione. Et qui alterum occisum cupit, in oculis Dei perinde ac si eum occidisset. Voluntas pro actione habetur. Neque enim penes illum stat, quòd alter in vivis manet, sed Deus, qui pravæ cupiditati obstaculum ponit, in causa. Prohibetur ergo (a) ira, animus vindictæ cupidus, Matth. V, 22. 1. Joh. III, 15. (b) Convitium levius, Matth. V, 22. (c) Multò magis ver-

310 Cap. XV. De Legibus Fidem & Mores  
bera, vulnera vetantur. Hæc cuncta amoris  
proximi non solum adversantur, sed primus  
gradus, ansa, materia actualis homicidii.

XLVIII. *Excipimus primò Magistratum,  
qui hominem sceleris morte digni reum neci  
tradit.* (1.) Talis quippe occidendus Gen. IX,  
6. Non tamen privati cujusdam voluntate:  
Ergo judicio Superiorum. (2.) Unde Deus  
in Republica Judaica varia supplicia capitalia  
(vulgo quatuor nominant) pro variis sceleribus  
instituit, exequendaque serio præcepit Lev. XX,  
1-9. (3.) Eadem necessitas sub N. Testamen-  
to. Malum nunc non minus exterminandum  
ac olim. (4.) Unde Paulus Rom. XIII, 4. ait  
potestatem supremam *gladium*, cujus in de-  
collatione usus, *non frustra gestare*. Attamen  
Superioribus magna sollicitudine, timore, hac  
potestate utendum, ne vivere sinant illos, quos  
Deus ad mortem condemnavit, interimant ve-  
rò, qui leviora delicta adversus leges humanas  
perpetrarunt. Habent & illi superiorem ab-  
solutum Dominum vitæ & necis, cui ratio red-  
denda erit.

XLIX. *Magistratus quoque bellum, si il-  
lud legitimum, ducere valet.* Neque enim  
bellum in se illicitum. Aliàs nullum unquam  
geri præcepisset Deus. Rationes, quas modo  
suprà pro jure necis Magistratui concessò alle-  
gavimus, militant quoque pro jure belli legiti-  
mi. Et si quis privatus violentum aggressorem  
inter-

interficiendi jus potestatemque habet, habet multò magis Magistratus.

L. *Dixi autem, si bellum legitimum.* Illegitimum à latrocinio non differt, nisi quòd longè detestabilius in oculis Dei. Quale bellum est, quod suggerit cupiditas dominii, gloriæ, victoriæ, & cuius causa absque effusione sanguinis è medio tolli potuisset. *Legitimum* verò, *quò vis hostis propellitur, jura magni momenti defenduntur, & proximo ingenti injuriæ & damno affecto auxiliumque imploranti opes feruntur.* Nec sufficit ex justa causa bellum incipere, illud legitimo quoque modo continuandum, finiendum.

LI. *Dein excipimus illum, qui violentum aggressorem ad propriæ vitæ consulendum occidit.* 1. Vita, quam unicuique Creator concedidit, conservanda tam diu, quamdiu ipse eam non reposcit. Id jus nulli aggressori datum est. Qui igitur alia via manus ejus effugere nequit, adversus invasorem se defendit. 2. Exod. XXII, 2. Si fur noctu ædes perrumpens ex lege occidi poterat, non minùs latro aut hujus furfuris homo. Nec juvat dicere Legem esse V. Testamenti, quandoquidem nulla ei ratio inest, quæ solos Judæos respiciat. Cautè tamen in tali casu versandum. Abesse debet omnis pravus affectus: Omne, quod agit, agit ad vitam, quam Deus dedit, conservandum. Effugit periculum, si rima patet.

LII. *Tandem excipiendus est qui casu præter omnem intentionem vel sibi vel alii vitam adimit.* (1.) Id demum facinus est, quod quis facere cogitat, præsumit. (2.) Talem lex divina absolvit, Num. XXXV, 22. Deut. XIX, 4. Exod. XXI, 13. (3.) Atque in ejus gratiam Asyla cis & trans Jordanem ordinabantur. (4.) Homicidium casuale Deo adscribitur, Exod. XXI, 13. Valet autem de illo, qui, dum casu alterum interfecit, in re licita versabatur, non verò in re illicita.

LIII. *Ex adverso mandatur φιλαδελφία amor hominis, qui creatura Dei, caro nostra. Humilitas, quâ de nobis tenuiter judicamus. Patientia, quâ malum nobis illatum patienti animo ferimus. Placabilitas, quâ proni sumus in amicitiam redire cum eo, qui nos læsit. Auxilium proximo ferendum in eo, quò illi prodesse valemus, siue vitam in genere siue corpus siue animum speciatim concernat.*

LIV. *Septimum, quod ordine sequitur, præceptum ita sonat; לא תנאף non mœchaberis.* Vox ex usu *adulterium* notat, sed hinc non sequitur, adulterium & quidem externum solum prohibitum esse. Nam quemadmodum reliqua præcepta, uti sextum, sub una & quidem graviore specie comprehendunt reliquas, quæ ad idem genus pertinent, quæque ad graviores ducunt, ita quoque se res habet cum septimo. Quæ legis mens, saltem Christianis, clarissimè

ex

ex expositione Christi Matth. V, 28. 32. constat. Nec Moses dixit *non mæchaberis* externè, sed simpliciter *non mæchaberis*, quacunque ratione flagitium hoc perpetratur, aut etiam tanquam venenata herba plantatur, fovetur.

LV. *Prohibetur ergo adulterium externum*; siue conjugatus cum conjugata siue cœlebs cum conjugata aut conjugatus cum cœlebe siue cœlebs cum sponsa rem habeat, qualis casus adulterio conjugatorum in lege gravior habetur, Deut. XXII, 21. Hoc scelus tantæ fœditatis apud Deum, ut, qui eo impliciti sunt, mortem subire debeant.

LVI. *Prohibetur dein adulterium internum*, siue cordis, quo quis impurâ libidine alterius conjugis flagrat. Atque hoc tantò turpius est, quantò magis voluntarium & quò illud patrandi impurus majori studio occasionem quærit aut oblatam admittit, Matth. V, 28.

LVII. *Prohibetur insuper omne id, quod occasionem & materiam adulterii præbet*, Matth. V, 32. *Omnis qui dimiserit uxorem suam extra causam fornicationis, ποιεῖ αὐτὴν μοιχῆν, facit illam fornicari.*

LVIII. *Ad hanc Classẽ rectè referuntur* (a) *sermones lascivi*, impuri cordis certi indices, incitamenta turpium cogitationum in audientibus. (b) *Libri spurci*, quibus quoq; accensendi illi ex Auctoribus Classicis, qui impudicos

314 Cap. XV. De Legibus Fidem & Mores  
amores referunt. (c) *Convivia & conventi-  
cula libidinosorum hominum.* (d) *Speſtacula,*  
(e) *Choreæ.* (f) *Imagines libidinoſæ.* (g) *Of-  
cula & contrectationes minus caſtæ.* (h) *Ve-  
ſtitus laſcivus,* qui partium corporis, quas  
honeſtas tegere jubet, reſectiōe aliorum ocu-  
los allicit atque fornicatione mentem replet,  
aut ſaltem occaſionem materiamque præbet.  
Qualis quidem paſſim inter Chriſtianos toleran-  
dus non eſt, ſed ſupra quàm dici poteſt deteſtabi-  
lis in cœtibus Sanctorum. Sanctiſſimum Numen,  
quod tanta ſeveritate adulterium proſcripſit,  
proſcripſit quoque omne incitamentum ad id.

LIX. *Communiter & rectè inter peccata  
ſeptimi præcepti numeratur ſcortatio.* Soluti  
cum ſoluta commixtio, ceu quæ cum adulterio  
multum affinitatis habet, & aliquando eodem  
nomine venit, Matth. V, 32. Vetita illa in lege  
Moſaica, maximè in Scriptis N. Teſtamenti.  
Quoniam enim Gentes vel negabant ſcortatio-  
nem peccatum eſſe, vel leviffimum habebant,  
tantò fortiùs ſe illi Apoſtoli oppoſuerunt, Act.  
XV, 29. maximè Paulus 1. Cor. VI, 9--f. ex  
cujus teſtimonio ſœdiſſimum ſcelus, quod cœlo  
excludit, à Chriſto ſeparat, cum ſcorto intimè  
conjungit, Spiritum S. propellit, eſt.

LX. *Dum verò ſanctus Deus adulterium  
& omne, quod ad id ducit, prohibuit, ex op-  
poſito præcepit cordis munditiem, ſine qua  
vetito obedientia præſtari nequit, Matth. XV,*

19. Est autem cordis mundities, quâ purificatus immaculatas virtutes Dei attentè perpendit, cum Deo se in Spiritu conjungit atque eum super omnia sincerè diligit. Qui verò corde mundus, ille sermones castos, gestus verecundos, opera sancta ducit, præ se fert, agit. Corpori cibum potumque ad necessitatem non ad lasciviam porrigit. Oculos, aures coërcet ab illecebris & objecta decora offerri procurat. Conversatur cum Sanctis, piis: Lætitat libros bonos ad ædificationem in fide compositos.

LXI. *Dein probat Conjugium secundum leges ritè institutum.* Estque unius viri & femine per legitimum consensum individua conjunctio ad communionem corporum, propagationem generis humani, societatem vitæ in timore Dei ducendæ. Qualis status in se minimè malus, utpote à Deo institutus, naturâ sic ordinatâ necessarius: In statu peccati tentationum remedium & gloriam Dei variè pandit, Ecclesiamque propagat. Quando verò per accidens vitiosus redditur, id ipsi statui non tribuendum.

LXII. *Ad statum hunc rectius cognoscendum, considerata sunt ea, quæ illum antecedunt, quæ comitantur, quæque finiunt.*

LXIII. *Antecedere debent quatuor.* I. *Distance sanguinis* juxta legem Lev. XVIII. Tutius illi agunt, qui non solum à gradibus consanguinitatis nominatis abstinendum esse judi-

judicant, sed & iis, qui, licet non expressi, tamen cum prioribus eandem rationem propinquitatis habent. II. *Consensus sponsi & sponse*. Isque veri nominis sine coactione, deceptione. Absque consensu utriusque partis nullum instituitur matrimonium. Contractus enim de re levissima sine consensu contrahentium non habetur, quanto minus de re maximi momenti. Ne dicam de absurdis, quæ ex negato consensu profluerent. Boni ordinis gratiâ consensus hic coram idoneis testibus sive verbis sive scriptis declaratur. III. *Consensus quoque Parentum*, si contracturis tales sunt. (a) Quod si enim liberi Parentibus obedientiam debent κατὰ πάντα, tum etiam in conjugio ineundo. (b) Parentibus in Sacris tribuitur, quod sint causa efficiens matrimonii, Jer. XXIX, 6. 1. Cor. VII, 38. Exod. XXXIV, 16. (c) Imò, quod plus est, datur Patri potestas, consensum, votum filiae rescindendi, Exod. XXII, 16. 17. Num. XXX, 6. (d) Unde conjugia probata, veluti Isaaci, à Parentibus instituebantur Gen. XXIV. Sed improbata illa, quæ renuentibus Parentibus facta, Gen. XXVI, 34. 35. IV. *Neuter contrahentium alii fide conjugali conjunctus sit oportet*. Matrimonium adeoque inter duos tantum legitime contrahitur. (a) Adversatur alioquin primæ matrimonii institutioni, quæ sapientissima & optima, reliquorumque exemplar. (b) Quam fidem uxor marito debet, eam maritus uxori

Spectantibus  
 (c) Mar  
 iungentis su  
 Polygamia n  
 que prima  
 Potius legis  
 spectatum sub N.  
 dicitur ad prob  
 XIV. Que  
 tri possunt v  
 illa quæ  
 al familie. F  
 mor marito exh  
 XIV. Officia  
 (1.) Dilect  
 times supera  
 timore mut  
 (2) Fidelitas in  
 conjugum posc  
 VII. 11. 1.  
 dicitur in isde  
 timore corporu  
 rem matrimoni  
 Cor. VII, 4.  
 quo pertine  
 Tum qua  
 ut prospicere d  
 multo in cultu  
 debent, ut toti  
 malia bene sit.

uxori. (c) Maritus & uxor ex intentione Dei conjungentis sunt *una caro* Gen. II, 24. quod in Polygamia non obtinet. (d) Nequit lex citari, quæ primam illam institutionem abrogavit. Potius legis illius vis subsequenti tempore, speciatim sub N. Testamento inde constat, quia à Christo ad probandum citatur, Matth. XIX, 5.6.

LXIV. *Quæ comitantur conjugium, refferri possunt vel ad officia communia vel specialia.* Illa quæ vel sibi invicem debent vel unâ familiæ. Hæc, quæ vel maritus uxori aut uxor marito exhibere tenetur.

LXV. *Officia communia, tum quæ sibi invicem* (1.) Dilectio specialis aliam quamvis erga homines superans, Eph. V, 28. unde confertur cum amore mutuo Christum inter & Ecclesiam. (2.) Fidelitas in observandis cunctis, quæ jura conjugum poscunt. (3.) Cohabitatio 1. Cor. VII, 10. 11. 1. Petr. III, 7. quâ easdem ædes inhabitant iisdemque cibis utuntur. (4.) Communio corporum in timore Dei secundum finem matrimonii à Creatore instituti Gen. I, 28. 1. Cor. VII, 4. (5.) Mutuum auxilium Gen. II, 20. quo pertinet speciatim usus opum legitimus. *Tum quæ unâ familiæ debent*, veluti illi prospicere de necessariis, præire liberis, famulatio in cultu divino. Verbo unâ id curare debent, ut toti domui quoad corporalia & spiritualia bene sit.

LXVI.

LXVI. *Speciatim maritus uxori debet prudens & benevolum regimen, memor quòd quidem caput uxoris, sed quòd ea unà secum caro sit.* Eph. V, 33. Coloss. III, 19. Dein honorem, utpote uxor cohaeres gratiae vitæ. 1. Petr. III, 7. Tandem victum & amictum aliaque necessaria. *At uxor marito subjectionem, reverentiam, obedientiam, studium rei familiaris, quantum ratio sexûs sui permittit, promovendæ,* Eph. V, 22--25. 33. 1. Petr. III, 1. Prov. XXXI, 10. &c.

LXVII. *Solus Deus conjugio finem imponit, sive quos conjunxit, solvit, & tum quidem, quando unum conjugatorum è vita evocat, alter à vinculo liber est, atque ad secundas nuptias transeundi jus habet,* Rom. VII. 3. *Præterea statuit solutionem vinculi conjugalis in casu adulterii,* Matth. cap. XIX. vers. 9. *Quicumque dimiserit uxorem suam <sup>ἐὰν ὁ ἀνὴρ</sup> <sup>πορεύεται</sup> nisi ob fornicationem, mœchatur.* Ergò non mœchatur, si dimiserit ob fornicationem. Quod porrò inde patet, quoniam pars nocens jam solvit, ceu quæ, quum esse deberet una caro cum altera parte, facta est una cum scorto 1. Cor. VI, 13. Præterea ex lege adulter aut adultera ad mortem tenetur; Mors verò conjugium dissolvit. Videtur tamen Lex Mosaica Deut. XXIV, 1. coll. cum. Matth. XIX, 7. 8. præter scortationem alias turpes actiones divortii causas tolerasse, quæ verò à Christo rescindebantur atque ad λόγον πορνείας restringebantur.

An

An huic Paulus tanquam alteram causam malitiosam desertionem addiderit, 1. Cor. VII, 15. non satis liquet. De secundis nuptiis nihil habet. Quare Christiano Magistratui multa prudentia & pietate opus, ne disjungat, quos Creator & Redemptor conjunctos vult, Matth. XIX, v. 3--10.

LXVIII. *Scquitur Præceptum octavum.* לא תגנב *non furaberis.* גנב de illo dicitur, qui invito domino rem alienam clam surripuit, Gen. XXXI, 32. Job. XXI, 18. Nominat adeoque rursus speciem injustitiæ & intelligit quasvis alias. Nam quæ ratio illius, eadem harum. Unde in speciali deductione Decalogi Moses multas alias exprimit & eas extra Republicam Judaicam proscribit.

LXIX. *Ad Præceptum hoc rectius intelligendum observamus vetari omnes injustas contractions* (1.) *Ratione bonorum.* (2.) *Ratione modi.* (3.) *Ratione personarum.* Unde Legislator generaliter locutus est: *Tu (quisquis) non furaberis* quidquid sit, quocunque modo.

LXX. (1.) *Ratione bonorum.* *Omne quod alterius est, illi in pace relinquendum; Quod alterius est, illud vel persona vel res usui pio consecrata aut communis. Communis vel Magistratus vel hominis privati, divitis aut pauperis. Pro circumstantiis furtum gravius vel minus grave.* Gravius illud, quod committitur circa

circa personam quam circa rem. Gravius dein, quo aufertur bonum Deo consecratum quàm quod hominis. Gravius insuper, quod Magistratus, quàm hominis privati res furripit. Gravius tandem, quod pauperi rapitur quàm diviti. Gravius ultimò, si illud quod quotidiani usus, majoris fructus, ex natura sua à rapacibus manibus secludi nequit quodque per multum tempus in manu injusti domini extitit atque ab eo in usum suum conversum est, furto ablatum, quàm quod rarioris usus, minoris fructus, facile asserendum & quod recens sumtum.

LXXI. *Pro diversitate furti autem variat pœna.* Plagium, Sacrilegium punitur morte Exod. XXI, 16. Jos. VII, 25. Furta alia non item, Exod. XXII. Neque enim inter pecuniam aut simile bonum & inter vitam hominis proportio est.

LXXII. (2.) *Ratione modi. Injustè contractatur bonum proximi vel vi vel dolo: Vel palàm vel clàm.*

LXXIII. *Vi* rapiunt aliena spoliatores, latrones, etiam divites, contra quos pauperes causam suam perficere nequeunt.

LXXIV. *Dolus* variè committitur. Veluti quando vitiosum bono permutatur, aut pretium supra quàm æquum est augetur, imminuitur, vel duplex mensura, major ad accipiendum, minor ad dandum in negotiatione adhibetur, aut quando una contrahentium alteri sinceritatem

Speantib  
cem iactanti  
his testimoni  
podos, qui pr  
ibus conting  
LXXV. Pal  
bus bonum,  
egat. Clàm  
na alienum po  
ut jure præscr  
centa sua pro  
LXXVI. (3.  
quicunque st  
libet.  
LXXVII. D  
ta sunt, solici  
pessis bonis u  
redere opes n  
quoque, ne  
res nonnuntien  
gram octavum  
LXXVIII. I  
mitas finire  
Deo illis dedit  
pro publica ali  
quibus pauperi  
di laborare &  
malidus, ege  
primmo comm  
propicere tene

ratem jactanti credit, vel si judex muneribus, fictis testimoniis &c. corrumpitur. Mitto mille modos, qui pro diversis rationibus in contractibus contingere possunt continguntque.

LXXV. *Palàm* injustus est, qui aliis videntibus bonum, quod proximi, rapit, nec ipse negat. *Clàm* verò, qui astu vel sub specie aliqua alienum possidet. Qui ex sententia Judicis aut jure præscriptionis bonum, quod in conscientia sua proximi esse novit, tenet.

LXXVI. (3.) *Ratione personarum. Omnes cujuscunque status suum cuique relinquere debent.*

LXXVII. *Divites* & qui in dignitate constituti sunt, sollicitè curare debent, ne egestate pressos bonis ulla ratione fraudent aut cogant vendere opes magno cum detrimento. *Judices* quoque, ne injustâ sententiâ secundum partes pronuntient. Nam & hac ratione præceptum octavum violatur.

LXXVIII. *Etiam pauperes* divitum opes intactas sinere debent. Nam iis propriæ sunt. Deus illis dedit, Prov. XXII, 2. 1. Sam. II, 7. Pax publica aliàs turbaretur. In Scriptura sacra nullibi pauperi jus conceditur furandi. Ejus est laborare & labore victum quærere. Qui invalidus, egestatem suam precibus Deo & proximo commendet. Magistratus verò illi prospicere tenetur, ut habeat, unde vivat. In

322 Cap. XV. De Legibus Fidem & Mores  
casu necessitatis avarum nolentem ad indigum  
bonis suis juvandum cogere valet.

LXXIX. Præceptum hoc præsupponit do-  
minium seu proprietatem bonorum, quæ hæc  
ita ad unum aliquem pertinent, ut eodem mo-  
do ad alium non pertineant. Neque enim  
aliàs furto locus daretur.

LXXX. Dominium, quod homini est, vim  
omnem à voluntate supremi Domini habet.  
Propriè enim cuncta creata solius Dei sunt.  
Unde qui rei creatæ verus proprietarius esse  
vult, esse debet ex voluntate Creatoris & Con-  
servatoris.

LXXXI. Hic, quando terram creabat, eam  
Adamo & Evæ omnibusque eorum posteris  
subjecit, unde homines domini terræ bono-  
rumque terrestrium instituti sunt.

LXXXII. Si genus humanum in primige-  
nia rectitudine perseverasset, haud dubitan-  
dum, tale unà in terram ejusque bona domi-  
nium habitum fuisse, ut omnes incolæ con-  
tenti absque querela vixissent. Qui quoque  
Creatoris scopus, ut terra omnibus hominibus  
pariter inferviret. Naturâ non est discrimen  
inter hominem & hominem, ut ad hunc magis  
pertineat terræ usus quàm ad illum.

LXXXIII. Sed ex peccato in mundum in-  
troducito tanquam malè fœcundâ radice pul-  
lulabant varii venenati fructus, qui communi  
dominio adversabantur. Unde necessitas im-  
posita

Speculantib  
ita, domini  
illis alioquin  
Nec terra  
am solent ne  
que proprii ej  
quis alius e  
LXXXIV. I  
viter status r  
Clarissime id c  
Deo ordinata.  
terram propria  
us, familias d  
eges vendition  
hoc, quæ cu  
niam. Etiam  
ad ad renun  
Laudatur quide  
hactum, Ac  
tatum inculc  
ces, qui pos  
suetudina sua ret  
fuerum frequ  
hortatio. Le  
berare debent  
tas, quæ null  
que bona resp  
que mundi mar  
mutatio do  
LXXXV. A  
et hominis pro

*posita, dominium magis proprium tenendi.*  
 Nullus alioquin contentionibus finis Gen. XIII,  
 8. Nec terra bene culta fuisset: Communia  
 enim solent negligi, tum maximè, si fructus  
 non proprii ejus, qui eam coluit, vel etiam si  
 quisquis alius eâ pro lubitu uti valet.

LXXXIV. *Proprietatem, quam præsens  
 noster status requirit, Lex Divina probat.*  
 Clarissimè id constat ex Republica Judaica à  
 Deo ordinata. Non solum populus Judaicus  
 terram propriam possidebat, sed & illa juxta tri-  
 bus, familias distribuebatur. Habebat dein  
 leges venditionis, oppignorationis, servitii,  
 furti &c. quæ cunctæ communionem bonorum  
 tollunt. Etiam Ecclesia N. Testamenti nulla  
 lege ad renuntiandum proprietati tenetur.  
 Laudatur quidem fervidioris primitivæ Eccle-  
 siæ factum, Act. II, 44. 45. sed non lege ad imi-  
 tandum inculcatur, Act. V, 4. Imò videtur,  
 cætus, qui postea colligebantur, certis ex cau-  
 sis bona sua retinuisse. Unde in Epistolis Apo-  
 stolorum frequens ad Eleemosynas erogandas  
 exhortatio. Leges plures, quas heri, servi ob-  
 servare debent, apud Paulum & Petrum pro-  
 stant, quæ nullius usus, si Christianismus pro-  
 pria bona respueret. Tandem divitibus hu-  
 jus mundi mandatur liberalis opum usus, non  
 renuntiatio domini, 1. Tim. VI, 17. 18.

LXXXV. *Hoc præmissò sequitur, illum ve-  
 ri nominis proprietarium esse, qui bonum sub*  
 X 2 *justo*

*justo titulo possidet.* Talis titulus obtinetur  
 (a) proprio labore. (b) Hæreditate ex dispositione ejus, cujus res erat Gal. III, 15. (c) Donatione inter vivos. (d) Justâ occupatione. Res, quæ nullius, sunt primi occupantis. (e) Legitimo contractu, cujus vi unus contrahentium alteri bonum suum communicat eâ lege, ut tantundem ab altero accipiat. Juxta tritum: *Do ut des: Do ut facias: Facio ut des: Facio ut facias.*

LXXXVI. *Ergo mercatura, quæ justis æquisque Legibus circumscripta est, verum dominium constituit.* Scriptura eam nullibi absolutè vetat, sed tantum fraudem, aliaque vitia, quæ huic vitæ generi adhærent, Lev. XIX, 35. 1. Theff. IV, 6. Amos VIII, 5. 6. Insuper integris regionibus, quarum solum ita comparatum, ut incolas suos ritè sustentare nequeat, perutilis & tantum non necessaria negotiatio est.

LXXXVII. *Minimè tamen probatur ea, quæ tota lucro inhiat, proprium nonnisi querit commodum atque materiam præbet luxuriosæ & superbæ vitæ, quâ totæ familiæ, urbes, regiones pereunt.* Ne dicam, fallacias quasvis à negotiatione abesse debere. Mercator bonus oportet simul sit Christianus. Ubi verò negotiatio ejus à regulis Christianismi recedit, malè illa audit.

LXXXVIII. *Etiam usura bene moderata præcepto octavo vel dilectioni erga proximum*

*non*

Spectant  
 in adversat  
 ando is, cui  
 valet, m  
 a cadu partem  
 Dem usura aqu  
 ere valet, req  
 a paupere, q  
 mde causâ ac  
 atque postren  
 III, 25. Lev.  
 LXXXIX. I  
 pende bis ad  
 monum falsum  
 modis discretis ve  
 mon falsum à  
 proximum, qu  
 XC. Testimo  
 plicie coram  
 psonæ cum a  
 tum, ex quo  
 quod eo in le  
 tima ratio ha  
 tamamun refe  
 XCI. Perbi  
 pcurario mod  
 effectum ef  
 bel & quando  
 falsum est. (3.)  
 que tamen m

*non adverſatur.* Quod ita intelligendum, quando is, cui pecunia mutuò datur, ipſe opibus valet, mutuò ad lucrandum utitur. Quo in caſu partem lucri proprietarius rectè accipit. Dein uſura æqua, quam alter abſque damno ſolvere valet, requiritur, Uſura gravis à nemine; A paupere, qui exiguam ſummam vitæ tolerandæ cauſâ accepit, nulla prorſus exigenda eſt. Atque poſtremo modo Lex Moſaica, Exod. XXII, 25. Lev. XXV, 36. 37. intelligenda eſt.

LXXXIX. *Præcepti noni verba ſunt. Non reſpondebis adverſus proximum tuum testimonium falſum*, Exod. XX, 13. Vitium ergo, quod diſertis verbis vetatur, eſt omne testimonium falſum à quocunque latum adverſus רע proximum, quicumque ille fuerit.

XC. *Testimonium falſum perhibetur vel publicè coram Magiſtratu, vel privatim in ſermone cum alio inſtituto.* Illud longè peſſimum, ex quo graviffimum damnum oritur, & quod eo in loco prolatum, in quo veritatis ſumma ratio habenda. Omne enim iudicium humanum refert divinum.

XCI. *Perhibetur autem testimonium falſum vario modo.* (1.) Non ſolùm ſi totum ſtudiot effictum eſt ad nocendum proximo. (2.) Sed & quando ex parte verum, ex alia parte falſum eſt. (3.) Vel etiam ſi tacentur nonnulla, quæ tamen momentum quæſtioni adferunt.

(4.) Aut quando verba proferuntur sensu à mente dicentis alieno.

XCII. *Vitium hoc committere solent primò partes litigantes*, quæ, ut una alteram oneret, falsa comminiscuntur, quarum tamen esset rem nudè recensere, malè facta confiteri, ut Judex verum æquumque judicium ferre queat. *Dein delatores*, qui vel ex lucro vel ex invidia factum apud Magistratum deferunt, quum tamen neminem publicè deferre liceat, nisi ex conscientia coram Deo atque publici commodi ergò. *Insuper testes* subornati, qui testantur de eo, quod non norunt aut de quo aliter in mente persuasi sunt. *Præterea advocati*, qui omnibus causis, etiam evidenter malis, lucri, honoris gratiâ patrocinantur, fraudes, procraftinationes, non fundatas exceptiones excogitant, quorum hominum fors longè miserrima est & qui pestis non dicam Ecclesiæ, sed Reipublicæ. At advocatus, qui munere suo coram omniscio Deo defungitur, præclarum munus gerit, à quo Salvator & Spiritus S. denominantur. *Tandem Judices*, qui causâ nondum examinatâ vel muneribus aut *πρεσβυποληνία* corrupti adversus infontem sententiam ferunt.

XCIII. *Peccant & illi adversus hoc præceptum, qui, quamvis non coram judicio, attamen in discursibus suis famam proximi ledunt aut in aliorum, maximè potentiorum,*  
aures

*aures ficta infuſurrant*, quique *ἰδοῦντες αἱ* dicuntur Rom. I, 30.

XCIV. *Nec immunes ſunt ab hoc vitio illi, qui de proximo temerè judicant* ex fama tantum vel ſuſpicione, affectu, rationibus non probantibus judicium ſed apparentibus nonniſi.

XCV. *Horum omnium* ( licèt non pariter) *actiones perquam turpes ſunt*. Nam (1.) tollunt charitatis, quam proximo debent, præceptum & faciunt aliis, quod ſibi fieri nolunt. (2.) Lædunt proximum variè, non ſolùm famam, quæ tamen primo poſt vitam loco habetur, ſed & bona, quietem, aliquando vitam ipſam. (3.) Serunt diſcordiam, lites, verbera, ſeditiones, & totalia peccata. (4.) Perſonam Dei magno cum damno ſœdè ſumunt Jac. IV, 11. 12. Matth. VII, 1. (5.) Veritati, dictamini conſcientiæ repugnant. (6.) Ortum plurimùm habent ex ſaſtu, invidia animi.

XCVI. *Non tamen temerè judicant illi, aut obtrectant, qui de inſigni peccatore, malo proximo vera narrant, vel verè ſentiunt*. Neque enim tenebras lucem vocare licet. Quamvis multâ prudentiâ & charitate opus ſit ad ſcelus detegendum. Affectibus nullus locus dandus eſt. Impellere debet nonniſi fervor pro gloria divina, ſalus publica aut proximi, ſpes promovendæ pietatis, impediendæ impietatis, hypocriſeos.

XCVII. *Testimonium falsum*, de quo hactenus, *præcipua species mendacii*, quod generaliori notione venire solet. *Aliæ species sunt*, veluti qui mentitur ad oblectandum alios temporis transigendi gratiâ & vocatur *mendacium jocosum*, aut qui mentitur ut utilis sit proximo & dicitur *officiosum*.

XCVIII. *Magnum quidem discrimen inter memoratas species esse facile largimur*, testimonium falsum sive mendacium perniciosum gravissimum, jocosum non ita grave, officiosum levius. *Attamen nullum ex iis à peccato eximere licet.* (1.) Quod propriè naturam mendacii (omne verò mendacium malè audit in Scriptura) facit, omnibus tribus speciebus inest, scil. repugnantia sermonis aut alijs signis cum corde, à qua varius finis vel lædendi vel oblectandi vel juvandi (qui gravitatem mendacii addere solet vel non) distinguendus venit. (2.) Non licet malum facere, ut ex eo bonum oriatur, Rom. III, 8. (3.) Est quædam diffidentia erga Deum, ac si is alia ratione quàm per mendacium auxilium ferre non posset, *Dicere itaque quædam mendacia esse iusta, est dicere, aliqua esse iusta peccata.*

XCIX. Vi oppositionis præcipitur *veracitas*, *studium loquendi sive alio signo externo indicandi, quæ cum re cordisque cogitatis conveniunt.* Dilerta præcepta exstant, ex quibus

¶ Eph.

Eph. IV, 25. λαλεῖτε ἀλήθειαν, loquimini veritatem, unus cum alio. cf. Zach. VIII, 16.

C. Studendum quidem veracitati in omni sermone, tum maxime, quando salus proximi & gloria Dei requirit. Grave peccatum committis, qui veritatem in corde solum tenet, eam verò ore negat, Matth. X, 33. Hoc in casu παρρησία hominem plurimum decet.

CI. Non tamen veritas, præprimis quæ dicentem aut proximum in periculum conjicit, absque necessitate propalanda est. Qui cohibet verba sua, pollet notitiâ: Qui obturat labia sua, is intelligens, Prov. XVII, 27. 28. Si locutio argentum, silentium aurum, in Proverbio rectè aiunt Hebræi. Respectu ad personas, tempus, locum, rem, habito, prudens tutius taceat & ne quidem rogatus, si rogans jus nostra cognoscendi non habet, ad quæstionem respondet.

CII. Ultimum præceptum tale est: לא תחמד Non concupisces domum proximi tui, non concupisces uxorem proximi tui, vel servum ejus, vel ancillam ejus, vel bovem ejus, vel asinum ejus, sive omne, quod proximi tui est, Exod. XX, 16. cf. Deut. V, 21. ubi id ipsum sensu, quamvis non verbis & ordine, occurrit.

CIII. Concupiscentia vel in genere, vel in specie consideratur: Illò modo, tanquam naturalis facultas, quæ in mente humana, quâ hoc

330 Cap. XV. De Legibus Fidem & Mores  
vel illud appetere possumus. *Hoc modò* rur-  
sum bifariam consideratur, vel ut appetitus  
tendens ad recta, bona, legi conformia, aut  
ad prava, carni grata, legi adversantia. Quan-  
do igitur vetatur concupiscentia, palàm est, non  
vetari facultatem appetendi, utpote quæ na-  
turalis & magnum hominis bonum est, non  
etiam appetitum rectum, sed pravum, unde  
etiam Legislator non in genere ait: *Non con-  
cupisces*, sed speciatim *non concupisces do-  
mum proximi tui* &c. Etiam Paulus epitheta,  
veluti *concupiscentia carnis, mundana* &c. ad-  
dere solet.

CIV. *Concupiscentia mala varios gradus  
habet*, vel sponte oritur in homine corrupto,  
vel studio excitatur, vel insuper cum oblecta-  
mento fovetur, vel tandem ope mediorum  
consummatur & exerit se per externam actio-  
nem, violentam, uti latro, vel clandestinam,  
quæ aliquando sub prætectu iuris later. Non  
quidem eadem horum graduum ratio est, at-  
tamen etiam primus peccaminosus, ceu in quo  
*avopula* & qui naturâ suâ Deo adversatur. Vide  
quæ jam diximus Cap. X. §. XLVIII.

CV. *Objecta, in quæ concupiscentia fertur,  
innumera sunt.* Omne, quod proximi, imò  
etiam quod suum est & non ordinatè, contra le-  
gem, appetitur, prohibetur. Expressit *homoditus*  
domum, uxorem, servum, ancillam, bovem,  
asinum,

Spectanti  
dum, agru  
pubus alie sul  
CVI. Utin  
indistinctum  
tarum refec  
non solum ad  
tarum, contu  
nam tale quia  
don Christus  
Math. V, 22.  
CVII. Con  
in sui ipsius  
Is dicitur  
voluntati, cupi  
ticipat. Offici  
tum, utpot  
servatoris sui el  
quæque relin  
breque verò is,  
contemtus vivit  
corporis, vel f  
fectum: Agne  
num bene  
pelle, quidqu  
capa Dei mar  
et. Hs utitur  
tames molesti  
nam minus quã  
tione quæst  
gentia, I. Ti

afinum, agrum, tanquam præcipuas ſpecies, quibus aliæ ſubordinari poſſunt.

CVI. *Ultimum hoc præceptum generale, ſanctiſſimum, primam radicem omnium peccatorum reſecat atque clariſſimè docet, Deum non ſolum actuale homicidium, adulterium, furtum, contumeliam, ſed etiam concupiſcentiam tale quid patrandi pro peccato habere, ſicuti Chriſtus præceptum VI. & VII. exponit, Matth. V, 22. 28.*

CVII. *Concupiſcentiæ opponitur abnegatio ſui ipſius & animus ſorte ſua contentus, (1.) Is dicitur ſeipſum abnegare, qui propriæ voluntati, cupiditati renuntiat ſequæ Deo totum ſubjicit. Officium, quod Deo debemus, juſtiſſimum, utpote homo totus Creatoris & Conſervatoris ſui eſt. Res aliæ quævis ejusdem ſunt, ipſi itaque relinquendæ, ut de iis diſponat. (2.) ΑΥΤΑΡΚΗΣ verò is, qui ſorte ſua, qualiſcunque illa, contentus vivit. Si deſunt bona vel animi vel corporis, vel fortunæ, non murmurat ob defectum: Agnoſcit Deum eſſe diſtributorem omnium beneficiorum, illum de ſuis facere poſſe, quidquid ipſi lubet: Fatetur, ſe plura benignâ Dei manu accepiſſe, quàm promeritus eſt: His utitur cum gratiarum actione, atque omnes moleſtias ſpe æternæ vitæ, ſibi pauperi non minùs quàm diviti deſtinatæ, perfert. Quâ ratione quæſtus magnus pietas eſt cum acquieſcentia, 1. Tim. VI, 6.*

CVIII.

CVIII. *Decalogo ejusque præceptis* αὐτῶν *expositis facile liquet, summam eorum contineri amore Dei & proximi.* Nullum ex illis violatur vel transgressio incurrit in amorem Dei vel in amorem Dei & proximi simul. Inter Judæos frequens videtur quæstio de summa sive כללים *præceptis generalibus*, ad quæ reliqua referri possunt, vide tr. *מכות* ex *Gem. c. III.* Quare etiam Scribæ cum Salvatore de hac ἐρώτησεν egerunt, quam verò solvit, dicens: *Diliges Dominum Deum tuum &c. & proximum tuum sicut teipsum.* Ab his duobus præceptis tota Lex & Prophetæ pendent. Matth. cap. XXII, 37. 39. 40. Marc. XII, 30. 31. Placuit quoque hostibus hæc cœlestis Doctoris responsio Marc. XII, 32. Matth. XXII, 46. Et meritò: Nam alia cuncta præcepta his duobus comprehenduntur. Unde Deus hanc suam voluntatem omnibus & singulis, omni tempore, omni ratione, tenendam commisit, Deut. VI, 6. 7. Quod etiam ex praxi constat, quippe hodiernum singulis diebus verba illa Judæi recitant atque etiam Phylacteriis & Mezuzoth inscribunt.

CIX. *Amor Dei est affectus hominis, quo illum tanquam summum bonum prosequitur, æstimat, præcepta ejus observat, atque ei placere & ab eo amari studet.* Oritur autem hic affectus ex mente illuminata, quæ infinitas Dei perfectiones, speciatim in-

gen-

gentia beneficia naturæ, gratiæ, hujus & alterius vitæ, in quibus omnis nostra felicitas consistit, ritè pensitat. Nequeunt enim pensitari à nobis, quin amorem excitent.

CX. *Nec amorem quemlibet sed summum Deo debemus.* Possunt imò debent Creaturæ quoque diligere, sed non supra Deum, neque eo amore, quo Deus, verum longè infra Deum, & eo quidem modo, quo ipsum Numen vult & qui nos ad divinum amorem ducit. Unde Deut. VI, 5. *Diliges Jehovam Deum ex toto לבבך corde tuo*, quo homo intelligit, judicat v. 1. Reg. III, 9. 11. *ex tota נפשך anima tua*, quâ quis vult, Deut. XII, 20. 21. *& omnibus viribus tuis*, corporis, opum.

CXI. *Num verò amor Dei rectè comparatus sit, ex signis ille cognoscendus. Signa autem sunt* I. Si Deus diligitur propter se, hoc est, quia perfectissimum Numen & amorem sui à Creaturis poscit. *Non quidem sine præmio diligitur Deus, etsi absque præmiâ intuitu diligendus*, ne mercenarius amor sit, & evanescat tempore adverso. II. Dein si amator se Deo totum subicit, gemitibus, precibus ardentibus ad eum anhelat, eum appetit, uti Sponsa in Cantico & David in Psalmis, præcepta ejus & quidem cum gaudio observat, Joh. XIV, 15. III. Præterea si contristatur, quando nomen Dei aliqua ratione læditur, Ps. CXIX, 136. IV. Hinc insuper fugit, detestatur mundana,

con-

confortia illorum, qui voluptates sectantur, 1. Joh. II, 15. V. Tandem si proximum verè diligit. 1. Joh. IV, 20. 21.

CXII. *Amor proximi est sincerus cordis affectus, quo illi bene cupio, atque salutem ejus promoveo.* Amor, qui in verbis, gestibus, imò ipso opere tantum consistit, nondum genuinus. Profluere debet ex animo. 1. Tim. I, 5. Anima enim amat, non corpus vel membrum ejus aut opes. Talis verò amor opprimit inordinatam φιλαυτίαν, invidiam, duritiem.

CXIII. *Non tamen vera charitas intra penetralia cordis subsistit. Effundit se largâ mensurâ per actiones externas, prout circumstantie poscunt & opes concedunt.* Verbis humanum, affabilem, sine fuce tamen, gestibus facilem, opere ipso officiosum se præbet.

CXIV. *Prout igitur novit officia sua proximo utilia esse, ea præstat.* Pauperi cibo, potu, amictu, domicilio prospicit. Infirmum invisit, variè juvat. Qui Deum non cognoscit aut qui inordinatè vivit, hunc ex amore in notitia Dei instituit, amanter corripit, & quantum pote, convertit, 1. Thess. V, 14. Jac. V, 19. 20. Gal. VI. 1.

CXV. *Quando verò charitas proximi rectè se habet, similis oportet sit amori, quo quis seipsum aut Christus fideles vel Deus creaturas suas complectitur,* Matth. XXII, 39. Eph. V, 2. Matth. V, 44. 45. Atque hæc norma postu-

omiat, ut am  
e) Constan  
negrecans aut  
Univerlan  
quoque,  
CXVI. Neg  
obtus, tant  
no homo sine e  
amentum cha  
s proximo h  
rimos quos  
Hæc verò  
ecatum hoste  
charitas nostr  
At hujus  
no. V,  
m probatur  
Et hoc  
tamento dat  
proximi, q  
liberali man  
XVIII,  
Luc. 29, 36. 3  
quo hostem, qu  
retribuit Exo  
IV, 21. Si  
pote, & si sitit  
tamento for  
amicitia, qua  
inter Ju

postulat, ut amor sit (a) sincerus. (b) Fervidus. (c) Constans. (d) Non solum nihil mali imprecans aut inferens sed bonum adferens. (e) Universalis erga omnes & singulos, inimicos quoque.

CXVI. *Neque enim proximus, quem amare debemus, tantum amicus sed & inimicus, omnis homo sine exceptione est.* Non enim fundamentum charitatis est amicitia, utilitas, quam ex proximo haurimus, qualis etiam cadit in pessimos quosvis Matth. V, 46. sed voluntas Dei. Hæc verò vult, ut omnes sine discrimine, speciatim hostes, verè diligamus, Matth. V, 44. Charitas nostra Patris & Christi similis esse debet. Athujus & illius in malos peccatores fertur, Rom. V, 8. 9. 10. Dilectione hostis demum probatur puritas affectûs, abnegatio φιλαυτίας; *Et hoc quidem mandatum jam sub V. Testamento datû.* Lex quippe præcipit amorem *πρὸς proximi*, qui omnis homo, unà nobiscum ex liberali manu Dei vivens, Lev. XIX, 18. cf. Exod. XVIII, 16. XX, 13. cf. quoque *ἐξήγησιν*, Luc. X, 29. 36. 37. Eadem Lex officia charitatis erga hostem, qui *frater* dicitur Deut. XXII, 1. 5. præscribit Exod. XXIII, 4. 5. Salomo Prov. XXV, 21. *Sì esurierit osor tuus, ciba illum pane, & si sitit, pota illum.* Attamen sub N. Testamento fortius inculcatum Matth. V, 44. Inimicitia, quæ olim propter Legem Ceremonialem inter Judæos & Gentes posita erat, nunc abro-

336 Cap. XV. De Legibus Fidem & Mores  
abrogata & omnes unus populus. Christus  
dein illustre exemplum talis amoris nobis imi-  
tandum præbuit. Religionis denique Chri-  
stianæ Character singulari modo charitas, omne  
odium expellens, est Joh. XIII, 35.

CXVII. *Licet omnes sine exceptione aman-  
di sint, attamen non omnes eodem modo.* Un-  
de Petrus 2. Epist. I, 7. distinguit inter φιλαδέλ-  
φον & ἀγάπην sive *communem Charitatem*, &  
Paulus Gal. VI, 10. *Faciamus bonum erga om-  
nes, maxime erga domesticos fidei.* Merito  
magis amamus eos, in quibus major amoris  
ratio, in quibus major fides, pietas, beneficia.  
Hos amamus amore amicitiae & conjunctionis,  
non item peccatores, osores, quibus quidem  
bene volumus, cupimus ut convertantur, pec-  
cata condonentur, sed cum iis, quamdiu in  
peccaminoso statu sunt, familiariter non vivi-  
mus. Casus tamen aliquando contingere pos-  
sunt, ut ille, in quo minor charitatis ratio, præ-  
feratur illi, in quo major, veluti si hic minori,  
ille verò extremâ penuriâ laborat, tum poste-  
riori potius beneficio succurrendum quàm  
priori.

CXVIII. Priusquàm proluxæ *Decalogi* tra-  
ctationi finem imponimus, probandum adhuc  
est, illum æquè *sub N. Testamento Ecclesiam*  
*Christianam obligare, ac olim obligabat Ju-  
daicam.* Nam (1.) præcepta ejus, si circum-  
stantiam temporis in præcepto IV. exceperis,  
in na-

Spectan  
natura Dei  
hinc ita comp  
revel facere  
ductione ex  
emel Ecclesia  
bligat, done  
Christus  
eodem verbi  
mentibus præ  
sac; Diliges  
ad amo  
rogamurque  
Christianos n  
beijustificab  
comper eum  
nam facit, ut e  
tingeret pec  
erentque ad C  
nobis adimpl  
positam cum  
C  
LEGI  
LIBU  
NC  
L Egun an  
rum di